

d In testamento. ] Et hic scias, quod donatio, que facta est in testamento multum differt ab ea, que haud facta est in testamento: vide per Dec. in conf. 245. num. 4. Item scias, quod donationem causa mortis facere haud prohibetur: vide per Tiraq. de legib. connub. folio 145. Giach.

pariter de manu heredis sunt accipienda. 3 Sed pone, quod aliquis fecerit donationem causa mortis in testamento: nunquid censetur tanquam legatum, vel tanquam donatio causa mortis? Respondeo: si est facta prae-

de testament. in 3. parte, numer. 22. Ripa in dict. l. 2. nu. 18. ff. de leg. 1. Rubens consil. 11. num. 6. Statim enim secuta morte donantis, donatio ipsa, que in tempus mortis erat collata, suam recipit perfectionem, non expectata heredis aditione, secus autem in testamento, quod non recipit perfectionem, nisi haeres adeat hereditatem, neque legata, que

senti censetur donatio causa mortis: sed si est facta absenti, valet in vim fideicommissi. Ita dicit Bar. in l. 1. circa fin. ff. de donat. causa mortis, cuius opin. communiter tenetur, ut dicit Imola in eadem l. 1. nu. 1. quem refert Dec. consil. 196. num. 2. in fin. Beriran. consil. 168. num. 6. lib. 3. an 2. parte. Paris. consil. 38. num. 98. lib. 3. qui dicit, quod ita tenent communiter Scribentes, quem refert, & sequitur Socin. iun. consil. 67. num. 17. lib. 3. Hanc tamen conclusionem intellige, ut procedat modo talis donatio facta sit ab eo, qui haberet facultatem testandi: alias enim non valeret, neque ut donatio, qua facta absenti meque ut fideicommissum, quia qui non potest testari, non potest facere fideicommissum. Et ita loquuntur Bar. & Doct. in locis pra. allegatis, & dixi infra q. prox. vers. Sed quare: Et hanc conclusionem nota pro declaratione ad conclusionem, quam posui infra q. 21. quod scilicet donatio facta absenti non valet, &c.

QVÆSTIO VI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Filiusfamilias an possit donare.
2 Et an inter vivos.
3 Et an causa mortis.
4 Et an cum patris consensu.
5 Et an talis consensus interuenire debeat respectu sui praedicti, an autem ad integrandam personam filij.
6 Et an debeat expresse interponi.
7 Et an filiusfamil. possit donare causa mortis ipsimet patri suo.
8 Et an clausula codicillaris suffineat donationem causa mortis, factam per filiumfam. in testamento.
9 Et quid si expresse non dixerit, quod volebat valere in vim donationis causa mortis.

Ex Additionibus.

- 1 Quae sit ratio, quod filiusfamilias non possit testari cum consen-

ADDITIONES.

a DE bonis ipsis disponere. ] Nec etiam ipso patre conicientente, poterit tamē de huiusmodi bonis testamentum facere, cum ad pias causas illud condit, ut per Vasquium de success. lib. 1. tit. qui testari poss. §. 1. num. 50. vide Franc. Vnum lib. 1. com. op. 121. Gon. b Vtrum possit donare causa mortis in patris consensu. ] Cur f donatio mortis causa, consentiente patre, fieri a filiofamilias possit, is vero eodem patre consentiente testamentum facere nequeat, ratio diuersitatis ostensa est supra in §. testamentum, quaest. 18 num. 11. & monuimus ad §. 1. num. 26. Inst. de donat. & ad principium, tit. Instituit quib. non est permitt. fac. testament. num. 15. & seqq. Eamque rem omnium diligentissime, & latissime explicat Mat

QVÆST. VI.

Nunc videndum est, quae persona donare possint, vel non: & in primis quæro, an filiusfamilias possit donare? Resp. quod non, etiamsi habeat peculium, text. est in l. filiusfam. ff. de donat. Sed quia hæc materia est aliquantulum intricata, & Doct. in ea multum varie loquuntur, ideo distinguendum est hoc modo.

1 Aut queris, vtrum filiusfamilias possit donare inter vivos: & tunc utique procedit conclusio superius facta, scilicet, quod regulariter non potest donare: & ratio est, quia cum pater habeat in bonis filij usufructum, non debet posse filius, in praedictum patrem usufructus, de bonis ipsis disponere. Ex hæc ratione inferitur: Quod si filius

- su patris, & tamen cum eiusdem patris permisso donare causa mortis, queat.
2 An filiusfamilias absq; consensu patris possit donare illa bona aduentitia, quorum usufructus ad patrem non pertinet.
3 Nunquid expresse patris requiratur consensus, remissive.
4 Vtrum pater possit consentire filio sibi donanti causa mortis.
5 An, & quatenus clausula codicillaris suffineat donationem causa mortis, factam per filiumfamilias in testamento.
6 Patris consensus per epistolam praestari potest.
7 Ecquid pater, si filiosfamilias mortis causa donanti consenserit, postea penitere, & donationem mortis causa a filio factam reuocare possit.
8 Hæc mortis causa donatio statim morte solius filij confirmatur.
9 Ius alicuius semel questum ei inuito auferri nequit.
10 Quod d. iuris, si filiusfamilias sine consensu patris, mortis causa donet, & postea pater praemoriatur.
11 An minor possit donationem mortis causa in aliquem conferre.
12 Minor testamenti factionem habet.
13 Qui potest testari, is potest etiam mortis causa donare.
14 Mortis causa donationem quous tempore reuocare licet.

haberet aliqua bona, in quibus patri non quæreretur usufructus, posset illa donare inter vivos, etiam sine consensu patris. Et in hoc Doct. communiter conueniunt, ut dicit Crauetta, consil. 84. num. 9. & consil. 92. post num. 1. vers. Sed posito. vbi dicit, quod in hoc nemo est, qui dubitet.

3 Aut vero queris, vtrum possit donare causa mortis, & tunc rursus est distinguendum. Aut enim queritur, an possit donare causa mortis sine consensu patris, & est expeditum apud oēs, qui nō potest donare, neq; et bona aduentitia, & qua ad ipsū spectant pleno iure. Et hanc op. dicit esse eōdem Abb. cōf. 40. in fi. lib. 2. Rubens consil. 46. n. 2. & seq. Et dicit Soc. consil. 112. n. 1. lib. 1. quod est duplicatum in cōf. 172. lib. 2. quod hæc opi. arbitratur indubitanter esse de mente Doct. & cōiter prout re vera est magis cōis, quidquid dixerit Crot. in repet. l. frater a fratre, post n. 32. vers. Sexto queritur, ff. de cond. indeb. quæ refert Did. in rubr. de test. in 3. parte, nu. 8. Et licet Bar. in Auth. ut liceat matri & auia, nu. 7. tenere videatur, quod imō possit filius, huiusmodi bona donare eausa mortis, etiā sine patris cōsensu, nō tamen propter hoc esset a prima op. recedendum, quæ (ut dixi) proculdubio est magis cōis, tanto magis cū non parua sit cōtrouersia inter DD. an illa lectura super Authēticis sit Bart. ut dixi in fi. lib. 7. Bene verū, quod DD. multum laborant in inuenienda ratione, cur potius sit ei premissū huiusmodi bona donare inter vivos, quā causa mortis: sed hæc disputationes in practica parum, vel nihil prosunt.

thias Berlichius conclusionum practicable. part. 3. conclusio. 1. num. 6. & seqq. Harprec. Se.

c Sequeretur, quod possit filius donare causa mortis aduentitia sibi pleno iure quaesita, &c. ]

2 Quod f filiusfamilias absq; consensu patris non possit donare causa mortis illa etiā bona aduentitia, quorum usufructus ad patrem non spectat, multis rationibus, prolixè contra alios, quos allegata, demonstrat Thadeus Pilo lib. 4. variat resolut. c. 4. nu. 5. Idem, & nos confirmauimus ad d. §. 1. Inst. de donat. num. 27. & aliquid subseqq. Quamuis contrariā aertentem sententiam veritati propiorem esse, non sine speciosis argumentis statuatur, & concludat nouissime D. H. libro secundo var. resolut. iur. ciu. tract. 4. q. 5. Harprec.

d Quod requiritur expresse consensus patris. ] Adde f idem sententias Michaellem Grassum lib. 1. recept. sentent. §. donatio causa mortis, q. 3. nu. 3. Alciatum in l. 2. nu. 11. ff. de legat. 1. Didacū Co. in Rubric. de testam. part. 3. nu. 10. eoque referentem Thadē Pisonem dict. lib. 4. cap. 4. num. 4. Harprec.

e Contrariam autem sententiam. ] Quod f pater non possit consentire filio sibi donanti causa mortis, ultra Clatum hic nostrum, & per eum adductos, scribunt Hippolytus Riminald. ad principium Inst. de donationib. nu. 1347. Thadē Pilo dict. c. 4. num. 6. vers. contrariam sententiā, &c. & Grassus in d. §. donatio causa mortis, q. 3. num. 2. vers. contrariam sententiam, &c. Vide non sine rationibus dissentientem D. Boccerum in Commentar. de donationib. cap. 5. num. 38. Harprec.

Sed vtrum autem sententiam, scilicet, quod imō requiratur patris consensus, non modo respectu eius praedicti, sed etiam ad integrandam personam filij, & sic ad solemnizandum actum, plerique alij tenuerunt. Et hanc dicit esse communem Socin. in dict. consil. 112. post numer. 8. vers. Hoc etiam voluit, & in d. l. 1. §. fuit questum, ff. ad Trebell. quem refert Didacus in d. Rubr. in 3. parte, numer. 6. in fin. Rubens consil. 49. numer. 5. & consil. 127. numer. 8. & hæc opin. tanquam verior, & magis communis tenenda est. Nam, si patris consensus requireretur solummodo respectu eius praedicti, sequeretur, quod possit filius donare causa mortis aduentitia sibi pleno iure quaesita, sine eius con-

4 Si autem queritur, vtrum possit donare causa mortis cum patris consensu? dicendum est, quod sic, & est de hoc text. in dict. l. filiusfamil. & hanc conclusionem tenent omnes, ut dicit Ias. in l. senium, num. 8. C. qui testamen. fac. poss. Crot. in repl. frater a fratre, num. 74. Quæ autem sit ratio, cur filiusfamilias non possit, etiam cum patris consensu, testari, ut dixi supra lib. 3. §. Testamentum, q. 18. possit tamen donare causa mortis, non satis bene Doctores se explicant. Communiter tamen dicitur, quod testamentum, cum sit vltima voluntas, non potest ex alieno arbitrio prendere, & hanc dicit esse communem rationem Ias. in d. l. senium, num. 9. vbi multa in hoc proposito congerit.

5 Habes ergo, quod in donatione causa mortis, quæ fit per filiumfamilias requiratur patris consensus. Sed quæro, an huiusmodi consensus requiratur ratione praedicti, quod ipse patri fit respectu sui usufructus in donatione, quam filius facit alteri, an autem etiā requiratur ad integrandam personam ipsius filij? Hæc est ardua quaestio, & in qua Doctores inter se multum discordant. Aliqui enim tenuerunt, quod non requiratur ad integrandam personam filij, sed solummodo fauore patris, & sic pro interesse sui praedicti. Et hanc opin. dixit esse communem Io. Maria Russi. in d. l. senium, prout illum refert Rubens consil. 127. num. 1. Et dicit Alex. in d. l. 1. §. fuit questum, post nu. 8. quod Bart. & Doct. communiter reprehendunt glos. in l. si §. necessitate, C. de bon. qua libe. tenentem, quod requiratur ad integrandam personam filij. Idem dicit Ripa in d. §. fuit questum, nu. 3. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imō requiratur patris consensus, non modo respectu eius praedicti, sed etiam ad integrandam personam filij, & sic ad solemnizandum actum, plerique alij tenuerunt. Et hanc dicit esse communem Socin. in dict. consil. 112. post numer. 8. vers. Hoc etiam voluit, & in d. l. 1. §. fuit questum, ff. ad Trebell. quem refert Didacus in d. Rubr. in 3. parte, numer. 6. in fin. Rubens consil. 49. numer. 5. & consil. 127. numer. 8. & hæc opin. tanquam verior, & magis communis tenenda est. Nam, si patris consensus requireretur solummodo respectu eius praedicti, sequeretur, quod possit filius donare causa mortis aduentitia sibi pleno iure quaesita, sine eius con-

sensu: non tamen est falsum, ut dixi supra versiculo aut vero queris, vel saltem, quod possit illa donare ipsi patri cum eius consensu: cuius contrarium magis communiter tenetur, ut dixi infra vers. Quæro etiam: & tamen hoc casu nullum profus praedictum patris considerari potest, imō potius euadens vtilitas, ut patet ad sensum.

6 Successive quæro, an huiusmodi consensus patris, qui in donatione causa mortis per filium faciendā requiritur, debeat expresse interponi, an autem sufficiat, quod pater ipsi donationi simpliciter, aut tacite consentiat? Respondeo: quod requiritur expresse consensus patris. Ita dicit gloss. in leg. qui in potestate. in princip. in verb. Nihil magis, ff. de testament. & in hoc nullus contradicit, ut ait Socin. in dict. consil. 112. num. 7. in fin. quem refert Tiraquel. de Legib. connubial. in gl. 8. num. 9. & ex hoc etiam confirmatur conclusio superius facta, quod scilicet talis consensus requiratur ad solemnitatem actus, non autem respectu praedicti. Quia vbiunque agitur de praedictio alicuius, tunc sola praesentia, aut scientia, & taciturnitas inducit consensum sufficientem ad conuallidandum actum, ut dixi infra lib. 7. §. consensus.

7 Quæro etiam, nunquid filiusfamilias possit donare causa mortis ipsi patri, cuius consensus (ut supra dictū est) in ipsa donatione requiritur? Respondeo, in hoc quoque articulo magna est controuersia inter Doctores, adeo, ut cū aliquando in factis fuisse haesitatu, quæ opin. esset magis communis opus fuerit maxima librorum reuolutione. In primis autem multi tenuerunt, quod possit pater consensum suū interponere filio sibi donanti causa mortis. Et hanc opin. dicit esse communem Alex. in d. l. 1. §. fuit questum, ff. ad Trebellian. prout illū refert Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynuius, in verbo, Matrem insuper Cleram, nu. 46. Ego tamen non reperi Alex. ibi, maxime nu. 8. vbi tractat hunc articulum: attestari de cōmuni opin. nisi forte Gulielmus sensu de verbis Alex. que ego superius retuli in versiculo. Habes ergo. Idem dicit Bertran. consilio 156. nu. 10. lib. 1. in 2. parte, consilio 163 post num. 1. libro 1. in 2. parte, Ias. in dict. §. fuit questum, nu. 3. qui dicit, quod ita magis communiter tenetur. Ripa in dict. §. fuit questum, numero 2. Contrariam autem sententiam, scilicet, quod imō pater non possit interponere consensum suum filio sibi donanti causa mortis, tenuit gloss. in l. 1. in princip. in verbo, Rem acquirit, ff. de auct. & consutor. & dicit Socin. in dict. §. fuit questum, colum. 4. versicul. Postremo, quod ita tenent communiter Doct. Hanc etiam opin. dicit esse communem Bald. consil. 62. nu. 3. libro 4. quem refert Socin. in dict. consil. 112. post numerum 4. versicul. Vnde in tanto, & Dec. in dict. l. senium, numero 56. C. qui testament. fac. poss. & consil. 245. numero 6. circa fin. & consil. 612. cir. fin. & Tiraquel. de Legib. connubial. in gloss. 8. nu. 115. Imola in dict. §. fuit questum, colum. fin. versicul. extra gloss. adde, quid dicit, quod illa gloss. ordinaria in dict. l. 1. communiter approbatur, quem refert Socin. consil. 23. num. 15. lib. quarto, & Didac. in dict. Rubr. de testamen. in 3. parte numero 7. Corneo. consil. 294. circa princip. lib. primo, quem refert Ioan. Dilect. de arte testandi titul. primo, cautel. 2. numero quarto, & Dec. consil. 279. numero 5. Et dicit Paris. consil. 97. numero 21. libro 3. quod ista opin. reputatur communis. Et sic, ut vides, ex praedictis non est dubitandum, quin opinio gloss. sit magis communis, & etiam verior, maxime presupposito pro constanti, quod consensus patris in donatione filij interuenire debeat, non tantum ratione praedicti, sed etiam ad solemnitatem actus, & sic ad integrandam personam filij, ut dixi supra versiculo. Habes ergo. Videtur erge potius praesatio auctoritatis, quam simplex consensus: quam quidem auctoritatem nemo potest in sui commodum impartiri,

5 *Sed quid sit solummodo dixit, quod volebat valere in vim codicillorum, vel cuiuscunque vltimæ voluntatis.* Quamquam Clarus hic, & nonnulli alij quos refert, & sequitur Fachin. lib. 5. controuers. iur. c. 64. opinantur, in proposito casu valere à filio relictum in vim donationis causâ mortis: contrarium tamen non leuibus rationibus tuerentur Speculator in tit. de instrumentor. edit. §. compendiose, vers. quid si filius. Couar. in dict. rubric. de test. par. 3. num. 10. Grassus prædicta q. 3. num. 5. vers. sed contrarium, &c. & Pifo d. c. 4. num. 8. vbi subiungunt, vsque adeo expressam, & specialem permissionem requirit in donatione causâ mortis, filij familias; vt, si quis generaliter concedat filio suo, quod donare possit: non tamen propterea donare causâ mortis valeat, per textum apertum in l. filiusfamilias 7. §. sed enim, 5. ff. de donationibus. Enimvero ¶ hoc quoque non ignorandum: quod ille consensus, per patrem præstari queat; vt post Antonium de Tre molis in addit. ad præf. Bonacur. annotarunt Grassus d. q. 3. in fine, & Thadeus Pifo d. c. 4. num. 8. in fine.

7 Addenda hic illa quæstio est: si ¶ pater filio familias mortis causâ donant, consenserit; an postea penitere, consensum retrahere, & donationem mortis causâ à filio factam reuocare possit? Ita sane plerique tradunt, in tantum, vt pater non solum viuente adhuc filiofamilias, sed etiam post mortem eius donationem reuocare possit. Bald. in l. senium, 3. C. qui test. fac. poss. n. 3. et in l. i. C. de sacros. Eccles. nu. 54. cum seqq. Petr. Peckius in tract. de test. coniug. lib. 1. c. 18. nu. 3. & lib. 3. c. 3. nu. 2. Rolandin. Passager. in tract. de mori. caus. donat. n. 27. Domin. Cardin. Tuscus præf. conclus. 706. Ioan. Dilect. Durantes in tract. de arte testandi tit. 1. caut. 1. nu. 4. Thadeus Pifo d. lib. 4. c. 4. n. 9. vers. ego pro resolutione, &c. vbi, post alios, distinguendum esse existimat. Verum alij indistincte putant, quod pater semel consentiens penitere, & donationem mortis causâ per filiumfamilias factam reuocare nequeat. Et quidem, mortuo filio, res minori dubio laborat: quoniam hæc donatio mortis causâ statim morte solius filij confirmatur: nec opus est, vt etiam pater moriatur, per notata Accursij in l. nec fratris, 3. C. de donationib. caus. mor. Bartoli in l. qui pretio, 8. ff. eod. num. 3. & 6. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. lib. 2. tit. de instrum. edit. §. porro 14. num. 1. lit. C. Rolandin. Passager. in tract. de mort. caus. donat. num. 16. ibi, iuxta præmissa quæro, &c. Si igitur morte filij confirmata erit; nec per patrem, vel per quemcunque alium reuoca-

Q V A E S T I O VII.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Vsurarius manifestus an possit donare causâ mortis. Ex Additionibus.
- 1 An, & quatenus vsurarius manifestus mortis causâ donare possit, diuersè referuntur opiniones.
- 2 An, & quatenus cæcus mortis causâ donare valeat.
- 3 Donatio mortis causâ ad exemplum legatorum redacta.
- 4 Quatenus cæcus legata relinquere queat.
- 5 Cæcus contrahere, & inter viuos donare potest.
- 6 Donatio mortis causâ quatenus contractum assimiletur.

ri poterit. Idem dicendum videtur, si filius adhuc viuat: qui scilicet pater donationem reuocare non valeat: sed reuocandi potestas ad totum filium spectat. Tum, quod per eiusmodi consentum filiofamilias semel sit ius quæsitum, argum. l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. d. l. filiusfamilias, 7. §. par. 4. & seq. ff. de donat. Ius ¶ autem alicui semel quæsitum, ei inuito aufertur nequit, l. id quo nostrum, 11. ff. de reg. iur. Tum quod ille, cuius consensus ad aliquem actum requiritur, si semel consentit, consentum reuocare non possit: id quod aliquot exemplis declarat, probatque Berlichius d. par. 3. conclusio practica bil. conclus. num. 25. vbi circa finem subdit, ita et in terminis statuere Ioan. nem Andrea in d. addit. ad Speculat. lib. 2. par. 2. tit. de instrum. edit. §. porro, 14. n. 1. sub lit. C. post principium.

10 At quid, si ¶ filiusfamilias sine consensu patris, mortis causâ donauerit, & postea pater præmoria tur: an hæc donatio per mortem patris conuallidetur, absq; eo, quod filius de nouo mortis causâ donet? Quod affirmandum censent Bald. in d. l. 1. C. de SS. Eccles. nu. 65. Petrus Paul. Paris. in addit. ad Bart. in dict. l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. num. 6. lit. D. post prin. & Berlichius d. conclus. 1. num. 26.

11 Amplius dubitatur de minore, ¶ curatorem habente, an ille absque huius consensu, & auctoritate donationem mortis causâ in aliquem conferre queat? Quod licet neget Baldus ad tit. 53. de pace tenenda inter subditos, §. item sacramenta, lib. 1. feudor. Alexand. ad l. 2. nu. 15. ff. de legat. 1. & Socinus Iunior ibidem nu. 62. attamen affirmantium sententiam veriorē esse reor: tum quia ¶ pubes siue minor testamenti factionem habet, l. à qua ætate, 5. ff. qui test. fac. 13. post l. si frater, 4. C. eod. Qui autem potest ¶ testari, is etiâ mortis causâ potest donare, l. Marcellus, 15. & d. l. tam is 25. ff. de mort. caus. donat. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rationib. detrahen. Tum 14 quia is, qui ¶ mortis causâ ponat, non obligatur donatario: sed donationem hanc quouis tempore reuocare potest, l. mortis causâ, 16. & l. qui mortis 30. ff. de mortis caus. donat. & indicabitur infra q. vlt. Atq; huic conclusioni subscribunt Baldus sibi contrarius in l. si curatorem, 3. C. de in integr. restitut. minor. Roderic. Zuates alleg. 20. num. 1. Michael Grassus in d. §. donatio causâ mortis, q. 4. eodq; referens D. Bocero in Comment de donationib. c. 5. num. 31. Quibus adijciendus quoque est Thadeus Pifo dict. lib. 4. variat. resolut. cap. 4. num. 12. & Fachineus d. lib. 5. controuers. iur. capit. 61. vbi plures pro vtraq; parte citat. Harpre.

AD

ADDITIONES.

a Vsurarius manifestus. Adde, quod vsurarius manifestus tunc dici potest, quando in iudicio illud crimen fuerit confessus, gloss. in cap. 1. in versic. manifestos, quam communititer omnes sequuntur, de vsur. in 6. quod amplia, etiam si in confessione dixerit se simpliciter vsurarium; secundum Franc. ibi, & ita etiam tenet Abb. Ant. de Bur. & alij in cap. qui omnibus, de vsur. Noa tamen, quod testes singulares nõ probant quem vsurarium manifestum, secundum Abb. in cap. cum in digessi, vbi hanc dicit communem, de vsur. Gowan.

b Videtur tenere, quod sic. Quod ¶ manifestus vsurarius mortis causâ donare nõ prohibeatur, præter Baldum, Franciscum, & Couar. hic relatos, tenent Imola, & Romanus in leg. tam is, 25. ff. de mort. caus. donat. Tiraq. in tract. de legib. conubial. gloss. 5. verb. contrahet. num. 77. Petrus Heigius part. 2. q. 17. num. 43. Probus ad cap. quamquam sit cap. vltim. de vsur. in 6. num. 15. hosque laudans Matthias Berlichius part. 3. conclus. practicable. conclus. 1. num. 27. Idemque scribunt Angelus in sua disput. quæ incipit, Astenis miles, q. 4. Castrens. conf. 160. lib. 1. Decius conf. 196. Capra conf. 92. & Guilhelm. de Bened. in cap. Rainutius 16. de test. in verb. testamentum, &c.

Contrariam tamen sententiam. Quod vsurarius manifestus donationem causâ mortis, præsquam præstitit cautionem de restituendo vsuras idoneâ, facere minime possit, vltra Clarum nostrum, & alios, quos hic allegat, concludit Baldus (pari sibi constans) conf. 294. num. 1. & seq. vol. 2. Lupus allegatione 125. Laurent. de Rodolphis. in tract. de vsur. q. 100. Ioannes Anania in cap. quia in omnibus, 3. col. 16. de vsur. Philipp. Francus ad rubr. de test. lib. 6. num. 34. Socin. Iunior in l. 2. num. 22. & 25. ff. de legat. 1. Domin. Cardinal. Tuscus practicar. conclus. 662. nu. 2. & seq. littera D. tom. 2. D. Bocero in cõmentar. de donationib. cap. 5. nu. 32. Michael Grassus lib. 2. recept. sent. §. donatio causâ mortis, q. 5. Natta in l. hac consultißima, 21. §. ex imperfecto, 1. nu. 45. C. de test. Hippolyt. Riminald. ad princ. Instit. de donat. num. 1721. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de donat. tit. de perso-

Q V A E S T. VII.



Vero, tu scis, quod vsurarius manifestus non potest testari, nisi præstita cautione iuxta forma cap. quamquam. de vsur. in sexto, vt dixi supra lib. 3. §. testamentum, quæst. 26. nunquid poterit donare causâ mortis. Respond. varia sunt in hoc articulo opin. Doctõrum Nam Bald. in leg. executorem, numer. 11. C. de execut. rei iudic. videtur tenere, b quod sic (licet se tremulenter id asserere dicat, & supponat se iudicio sanctæ Ecclesiæ) & affib. firmat, quod multi valentes Doctores venerabilis Collegij Mediolanensis pro hac parte consulerunt; quam dicit sibi videri magis communem Ripa in l. 2. num. 7. ff. de leg. 1. quem refert Didacus in Rubr. de test. in 3. parte numer. 11. Contra-

Q V A E S T I O VIII.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Pater an possit donare filio in potestate.
- 2 Et an in remunerationem meritorum.
- 3 Et an requiratur, quod merita æquiualeant donationi.
- 4 Et quid si non æquiualeant in totum, sed excedant dimidium eius, quod donatur.
- 5 Et an valeat donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis.
- 6 Et an ex causa studij.
- 7 Et an donatio facta à patre filio morte confirmetur.
- 8 Et an confirmetur iuramento.

nis, inter quas cadere possit donatio. num. 28. Andr. Fachineus lib. 5. controuers. iur. cap. 62. Thadeus Pifo lib. 4. variat. resolut. cap. 4. num. 13. & Nicol. Reuffer. in tract. de iure testamentor. part. 2. cap. 47. num. 9. Eandem rem explicui paulo vberius ad §. 1. Instit. de donat. num. 46. & seqq. vbi num. 52. limitationem in Iudæo fenentore exposui.

Ad hoc loco quæstio poterit de cæco, an iste ¶ mortis causâ donare queat absque solemnitate l. hac consultißima, 8. C. qui testament. fac. poss. Quod licet affirmet Romanus in d. l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. Bald. & Fulgos. in l. fin. C. eod. Pifo dict. cap. 4. num. 17. & hanc communem esse opinionem asserit Riminald. ad d. princ. tit. Instit. de donationib. num. 1767. atque ab ea non esse recedendum existimat Michael Grassus lib. 1. receptar. sentent. §. donatio causâ mortis, q. 7. in fine. attamen negatiue sententia nõ inepte patrocinantur Ruinus in d. l. 2. ff. de legat. 1. & D. Bocero prædicto c. 5. num. 35. Donatio ¶ siquidem mortis causâ ad exemplum legatorum redacta esse fert per omnia, §. 1. vers. hæc mortis causâ. Instit. de donationib. l. Marcellus 15. in fine l. illud generaliter. 37. ff. de mort. caus. donat.

l. vltim. ibi, omnes mortis causâ donationes, C. eodem, Atqui ¶ cæcus legata relinquere non potest, nisi obseruata solemnitate dictæ l. hac consultißima, 8. vers. Quæ in eundem modum, 5. C. qui testament. facer. poss. Non obstat, quod ¶ cæcus contrahere possit, & donare inter viuos: donatio autem mortis causâ, quoad initium, similis sit magis contractui, quam vltimæ voluntati. Cum enim isthæc testamentaria solemnitas, introducta sit, ne cæcus ob vitiu de defectum decipiatur: multo magis in donatione mortis causâ exigitur ea solemnitas: cum cæcus in illa agat cum eo ipso, qui lucrum ex donatione percepturus est. Et quamuis donatio ¶ mortis causâ, quoad initium, contractui magis, quam vltimæ voluntati, similis videatur; cum consensus donantis, & donatarij mutuo constet: quia tamen consensus hic donantem non obligat, & potius vis, ac effectus negotij huius spectandus est, & ex eo genus ipsius æstimandum: vltimæ voluntati, legata scilicet, magis accedit, quam contractui, docente D. Bocero loco præallegato. Harpre.

Ex Additionibus.

- 1 Cur simplex donatio inter patrem, & filiumfamilias non valeat, multiple ratio.
- 2 Pater & filius vna eademq; persona censetur.
- 3 Quicquid filiusfamilias acquirit, patri acquirit.
- 4 Nemo sibi ipsi donare potest.
- 5 An summus Princeps filiofamilias recte donet.
- 6 An remuneratoria donatio patris in filiumfamilias facta subsistat.
- 7 An merita per filium probanda sint.
- 8 An item merita rei donatæ æquiualeant debeant.
- 9 An, & quatenus pater donare filio possit causa studiorum, remissine.
- 10 An regulariter filius sumptus studiorum à patre concessos, itemque libros emptos conferre teneatur.

AN